







Hardt

CATALOGUS
CODICUM
MANUSCRIPTORUM
BIBLIOTHECAE REGIAE
BAVARICAE.

SUB AUSPICIIS

MAXIMILIANI IOSEPHI

BOIOARIAE REGIS

EDIDIT NOTISQUE ILLUSTRAVIT

IO. CHRISTOPH. L. BARO DE ARETIN,

BIBLIOTHECAE REGIAE PRAEFECTUS.

VOLUMINIS PRIMI,

CODICES GRAECOS

AB

IGN. HARDT

EIUSDEM BIBLIOTHECAE SUBPRAEFECTO RECENSITOS

COMPLEXI

TOM. IV.

MONACHII,

MDCCCX.

Typis J. E. Seidelii.

CATALOGUS
CODICUM
MANUSCRIPTORUM
GRAECORUM
BIBLIOTHECAE REGIAE
BAVARICAE.

AUCTORE
IGNATIO HARDT
EIUSDEM BIBLIOTHECAE SUBPRAEFECTO.

TOMUS QUARTUS
COD. CCCXLVIII—CCCCLXXII. CONTINENS.

MONACHII,
MDCCCX.
Typis J. E. Seidelii.

P r a e f a t i o.

Quemadmodum breuem laboris mei conspectum ad notitiam Codicum graecorum Monacensium ante aliquot annos dedi tam in sermone academico, quàm in praefatione catalogo graeco praemissa, ut cuilibet, quid ibi praestiterim, clarè innotesceret, sic et ad hanc codicum Augustanorum graecorum notitiam, similem conspectum hìc dabo, ut, quid discriminis inter meum aliorumque catalogos intersit, uel ex unico intuitu conspici possit.

Utrinque prae oculis habui, ut plenam codicum notitiam praeberem, et ad implendum hunc scopum, proprietates boni utilisque catalogi, non superficiarii obuiique, quales plerumque esse solent, considerandas mihi semper proposui.

Sunt uerò hae proprietates quàm plurimae, omnes uerò ad generalissimam, seu plenam codicum notitiam reducuntur. Consideraui igitur:

I. An Codex membranaceus, bombycinus, chartaceusue sit? Nam ad tres has materiae

formas omnes reducuntur codices. Permagni uerò interest, hoc scire, cum membranacei et bombycini semper antiquiores chartaceis censeantur. Conservari etiam membranacei plus bombycinis chartaceisque solent. Rara uerò bombycinorum conseruatio est, utpote corrosiuis tinearum dentibus magis expositorum.

II. Consideraui, quae uoluminis forma, in folio, quarto, aut octauo etc.? Ex hac enim etiam ad codicis statum concluditur, praesertim si cuilibet etiam codici foliorum numerus statuitur. Si enim pari forma et scriptione numerus in uno maior sit, quàm in altero, auctius etiam opusculum censendum est.

III. An non ornamentis, picturis, iconibusque instructum sit? Maximi enim momenti hoc quoque habendum. Ex his enim ad codicis aetatem, ualorem et aestimationem secura conclusio fit, cum non omni tempore, et in omni codice hoc factum sit.

IV. An tituli et initiales miniatae sint, aut non miniatae? Obseruaui autem in confectione catalogi, plerosque titulos et initiales, subinde etiam textum et marginales esse miniatas.

V. An forma literarum maiuscula et uncialis, an minuscula, cursiua, abbreuiataque sit, an praua, nitidaue? Si enim uncialis oblonga, seu quadrata est, ad Saec. VIII. IX. referuntur. Si forma minuscula et ligata est, Saec. IX, X, XI, XII etc. esse solent.

VI. A quo codex sit scriptus, docto scilicet, an indocto? Obseruaui autem, codices hos orthographicè ut plurimum esse scriptos. Ubi codex sit scriptus, sc. in Graecia, aut alibi, et quonam saeculo? Quin et in cuius usum? Aeque enim hoc scire interest. Meretur enim eiusmodi uir, ut uel minima eius memoria conseruetur, utpote qui pro posteris etiam laborem fieri curauit. Et haec quidem sunt, quae externam codicis formam constituunt. Ad internam uerò codicis formam spectare uidetur:

I. Titulus, et quidem graecus, ut statim de re iudicari possit. Scimus enim, eundem titulum ab aliis aliter esse elatum. Obseruaui etiam eosdem saepe titulos, diuersos tamen tractatus.

II. Initium et finis. Ex hoc enim solo rectè intelligi potest, an idem opus sit, quamuis subinde aliqua uerba eadem sint. Sciri etiam potest, an opusculum integrum, muti-

lumue sit, an etiam auctius. Equidem labor maximus et taedio plenus foret, si omnium tractatuum, qui ubique existunt, graecorum initia et fines ordine alphabetico sisterentur. At simul et utilissimus foret. Sic enim saepius auctores opusculorum anonymorum detegi, aequalitas aut diuersitas cognosci, et certum quid statui posset.

III. An in libros capitaue, et in quot diuisio facta sit? Haec enim omnia ad plenam opusculi notitiam pertinent; occurrebant enim codices, in quibus librorum et capitum diuisio facta est, in aliis uerò nec libri, nec capita notabantur. Et tamen idem liber erat. Unde tanta diuersitas?

His omnibus praestitis processi ad collationem instituendam cum libris editis, uel catalogis, ubi plenior codicis descriptio data fuit, ut de editis uel ineditis rectius iudicarem. Tales catalogi nominari merentur: Fabricii bibl. graeca. Ph. Labbei noua Msc. bibliotheca, Lambecii Commentarii, Nesselii supplementa, Montfauconii bibl. Coisliniana, Iriarte bibl. Madritensis, Bandinii bibl. Laur. Medic. Mingarelli Naniana, Muccioli Malatestiana, Matthaei bibl. Mosquensis, Morellii bibl. graeca et lat. et Pasini bibl. Taurinensis.

Plerique alii ad plenam codicum notitiam acquirendam ferè inutiles dici possunt, licet chartae nitore, marginum amplitudine, et literarum elegantia conspicui emicent.

Quid enim praestat catalogus codicum Parisiensium, nisi ieiunam codicum notitiam? Ex solo enim titulo sine aliis datis, ne quidem de opusculo certus esse poteris.

Quid praestat bibl. bibl. Montfauconii, de qua Pasinus in sui catalogi praefatione sic loquitur?

Montfauconius in bibl. bibl. perbreuem et male compositum ab imperito quodam codicum Taurinensium indicem protulit. Praetermisit codices multos, quos recensere intererat.

Titulo exteriori deceptus multos falsò inscripsit.

Recensuit saepe unius auctoris opusculum, ubi plura eiusdem et aliorum continebantur. —

Nil dicam de aliis eruditionibus, quae utrinque subministrari potuissent, scriptores,

et possessores cognosci, aetasque certò dignosci.

Iam si omnes indices eiusmodi cum ipsis codicibus conferrentur, uereor, ne plurimi, nisi omnes idem iudicium reportarent.

Sic de catalogo Msc. graecorum bauarico ibidem inserto iudicandum, ut in edito meo catalogo clarè et fusè ostendi.

Non mitius iudicium Hoeschelii catalogus ibidem insertus meretur. Eosdem enim errores commisit, quos dein Reiserus in suo catalogo repetiit. Equidem Posseuinus, et Sauilius omni eum laude extulerunt. At si collationem cum ipsis codicibus instituere potuissent, longè aliter iudicassent. Praeter enim doctrinam iudiciumque acutum summa diligentia patientiaque habenda est. Quam si habuisset, fieri non potuisset, ut tot errores, et tot omissiones factae fuissent.

Plures uerò codicum graecorum Augustanorum catalogi extant.

1us. A. 1575. anonymi. (Hier. Wolfii.)

2us. A. 1595. Dau. Hoeschelii bibliothecarii.

3tius. A. 1599. Georg. Henischii, medic. et math. Prof.

4tus. A. 1633. Eliae Ehingeri bibliothecarii.

5tus. A. 1675. Ant. Reiseri bibliothecarii.

Hoeschelii catalogo inscriptum erat: Quisquis reipublicae literariae faues, siue lector, siue typographe, horum omnium codicum siue interpretandi, siue conferendi, siue edendi ita tibi futura est copia, si de iis incolumibus restituendis caueris.

De Ehingeri catalogo Ioecherus memorat, illum hominibus persuadere uoluisse, non nisi 100 exemplaria esse impressa, ut eo citius emptores acquireret. Hoc uerò gratis dici, Iac. Brucker de uita et scriptis Ehingeri ostendit, laudabiliter tot editiones esse factas, earum raritas, et Msc. graecorum praestantia effecit, ut ex solo hoc conspectu doctorumque uirorum testimoniis illucescit.

Hottinger in suo bibliothecario scribit: Bibl. Aug. Msc. graec. cum primis ualde commendata est, ut multis aliis facilè palmam praeripiat.

Conringius de bibl. Luneb. asserit: Fortassis graecorum saltem Msc. copia uicerit Ba-

uarica et Augustana. Merebatur igitur haec bibliotheca, ut praeter plures catalogos, etiam accuratos perfectosque haberet.

Reiserus quidem appellat catalogum suum euolutionem non superficiariam, sed diligentem et studiosam. Contrarium uerò ostendam, non ut tanti uiri despectum, sed solam ueritatem prae oculis habeam. Nam plurima opuscula prorsus absunt.

Theod. Sophiani astronomica et musica.
Magni de urinis.
Nili Calauri libellus poenitentiae.
Mithridatis epistolae.
Pilgrimi Arch. epistola.
Sophoniae in categorias.
Aegyptii in Ptolemaeum.
Porphyrii in Ptolemaeum.
Theod. Rhentii opuscula.
Hipsiclis lib. XIV^{us} cum Marini praefat.
Heronis de automatis.
Io. Pediasimi synopsis.
Scholia in Demosthenis olynthiacas.
M. Pselli opuscula.
Chrysost. homil. XVII. in Matthaeum.

The-

Thesaurus rhetorum.
Galeni de purgandis.
Rufi Mil. de satyriasmo.
Lysiae epitaphius.
Theod. Gazae frustula.
Io. Damasceni fragmenta geographica.
Eutocii in Archimedem.
Greg. Naz. epitaphia.
Moysis Abb. capita.
Hermaei mon. epistola.
Nili exhortatio.
Palladii historia Lausiaca.
Basilii obedientiae filii doctrinae patrum.
Ioan. Cyz. responsio.
Aristotelis de lineis insecabilibus.
Philothei de Barlaamo etc.
Ioan. Cantacuzeni tom. III. synod.
Pilati relatio de Christo.
Andreae Libadeni opuscula.
Aristidis epistola.
Piccolomini de generatione etc.
Adriani de theologia.
Cosmae uest. in Chrysost. reliquias.
Orphei et Procli hymni.

Nicephori CP. somniorum interpres.
Hieroclis et Philagrii philogelus.
Phacrasae dialogus.
Constantii Hierom. dialogus.
M. Phile in monachum et imp.

Auctores omissi.

Zonarae lexicon.
Zigabeni panoplia.
Oecumenii in actus Apost. etc.
Matth. Camariotae in Hermogenem.
M. Pselli dialogus.
M. Planudis in somnium Scipionis.
Niconis mon. collectanea.
Io. Damasc. ad Cosmam.
S. Marci consultatio mentis.
Philippi dioptra.
Gregorae epistolae.
— — philomathes.
Gregorii mon. tetrabiblus.
M. Pselli de anima.
Sethi ichnelates.
Nicephori CP. in Andream stultum.
Palamae Theophanes.

Choerobosci de tropis.
Hieronymi narratio.
Syntypae phil. fabulae.

Auctores falsò positi.

Demetrii de canum medicina. Abest enim.
Io. Hieros. catecheses. Sunt enim Cyrilli.
Georgii Syncelli chronicon. Est Hamartoli.
Ascl. Troiani scholia. Sunt Tralliani.
Theodori Magistri eclogae. Abest.
Andronici ad Secundinum. Est inuerse.
Somnium Scipionis auctore Macrobio.
Est Ciceronis sine comment.
Carpathii centuriae. Sunt Thalassii.
Pselli dioptra. Est Philippi Solitarii.
Leontis uersus. Sunt Leonis gramm.
Theodoreti in Cantica. Abest.
Phurnuti Pollucis. Perperam additur Pollucis.

Alii errores.

Actuarii lib. II. de urinis. Sunt VII.
Polybii lib. XVIII. Sunt XVII.
Platonis de sanitate. Est de sanctitate.

Liber cantionum. Est sticherarium.

Synesii epistolae aliquot. Sunt CLVII.

In canticum Moysis. Est in omnia.

De Hieronymo. Est Hieronymi narratio.

De successione ecclesiast. Est expositio precum ecclesiast.

Ilias a lib. V. Est a lib. XIII.

Philosophi cuiusdam. syntypa. Sunt Syntypae fabulae.

Incerti epistolae. Sunt Gregorae.

Logica et metaphys. Est Piccolomini de generatione et Adriani de theologia.

Callistrati statuae IX. Sunt XIV.

Georg. Trapez. de Manuele rege. Est de Machometo Turc. Imp.

Versus in Theodosium. Legitur in Theodorum.

Haec sunt Reiseri errata, quae nullam prorsus diligentiam, sed potius priorum errorum repetitionem ostendunt. Quae enim Hoeschelius iam peccauerat, hìc iterum repetuntur.

Quantam uerò ego diligentiam praestiterim, ex his emendationibus iam illucescit, quin

plura ad inanem gloriam adstruam, prodesse tantum uolens. Memorabo tamen, singula me folia perlustrasse, titulosque omnes sedulò indagasse, notasse scriptores ac possessores, et inedita collegisse, uariarum classium auctores ordinasse, ut quilibet, quod in ipsius usum esse possit, facile perspiciat; demum indicem completum tàm auctorum, quàm materiarum confecisse.

Quantum uerò molis laborisque sit difficillimi, ueteres Msc. codices sedule indagare, nemo intelligit, nisi qui ipse indagandis insudauit, et diu noctuque tractauit.

Hinc licet labor leuis uideatur ignaris multis. Scio enim, quàm impudenter loquantur, illotisque manibus aliena pertractent. Alii uerò de studio meo diligentiaque rectius iudicabunt. Sciant uerò omnes, me hoc ad opus manus non applicuisse, ut eruditionem ostentarem, sed solum ut prodessem iis, quorum studia adiuuanda essent. Hinc nulli peperci labori, ut omnia studiosè adnotarem et, qua potui, summa fide enarrarem. De methodo autem et ordine non est, quod pluribus dicam. Sciant tantum, me Reiseri ordinem non obseruasse, sed secundum uoluminis formam immutasse, parum de ordine systematico

in tanta materiarum diuersitate uoluminumque inaequalitate solicitum.

Ea enim mihi semper inhaesit opinio, nil interesse, num hoc uel illo ordine ponantur, modo aspectus oculis iucundus, et liber facilè inueniendus sit. Id quod catalogi tàm auctorum, quàm materiarum accurati praestabunt. Si uerò ordo quicunque demum stabilitus est, necessaria bibliothecae lex foret, ut nil amplius immutaretur, quo praesentes catalogi inutiles reddi possent. Alias nunquam habebitur ordo, nunquam habebitur catalogus, ut exemplum domesticum tàm antiquum, quàm modernum clarè ostendit. Quid enim iam sunt cl. Oefelii indices tàm copiosi, tanto labore temporisque impendio elaborati, ne de pluribus aliis dicam? Superest, ut de usu Msc. concedendo quaedam dicam.

Ut ex inscriptione catalogorum Monacensis et Augustani intelligitur, utrinque et Monachii, et Augustae laudabilis semper usus uiguit, ut cautione data, codices Msc. in longinquas etiam regiones missi ad usum concederentur. At malignorum hominum abusus hanc optime principis liberalitatem eò restinxit, ut accessus quidem ad bibliothecam, Msc. uerò traditio extra illam prorsus prohiberetur.

Huic malo, quamuis tum necessario, ut aliquam adferrem medelam, ipse in extraneorum utilitatem, collationem Msc. suscepi, et qua potui, diligentia ac fide praestiti. Uffenbachiana uerò bibliotheca non cuilibet obuio patuit priuatos ad usus: quin authentica, et Msc. codices prorsus denegabantur mittendi. Ponderosas uerò eius rationes, qui uelit, legere potest in epistola Maii catalogo praemissa, ne sinistrum fiat iudicium.

Haec igitur sunt, quae mihi dicenda uidebantur, ut quilibet primo statim intuitu codicum multitudinem, quae in utraque bibliotheca iam ad DLXXIV. ascendit, eorum praestantiam et raritatem conspiciat. Merebatur proin accuratiorem codicum descriptionem, cum priores càtalogi ualdè imperfecti uitiosique existant. Conuenit etiam, ut iam unus, similisque utriusque bibliothecae catalogus habeatur, ex quo cl. Harlesius supplenda quàm plurima adhuc in Fabricii bibl. graeca inueniet. Ego uerò praestita hac opera me consolor, ratus, eam non fuisse superfluam. Is enim meus semper scopus erat, ut reipublicae literariae quomodocunque prodesse possem. Optarem etiam unicè, ut editione huius properata, paratus iam Msc. latinorum catalogus continuo ederetur. Beneuolum uerò lectorem precor,

ne quid in sinistram accipiat partem, uel mihi succenseat. Nihil enim in laudem meam dicere neminemque unquam offendere uolui. Dixi, quod mihi uerum uidebatur. Hoc neminem offendet. Quodsi hoc non sit, cogitandum mihi est, neminem omnibus placere posse. Dixi.

Monachii, mense Decembris 1808.

Descriptio

Descriptio

Mscrum. graecorum Augusta Vindelicorum

in

bibl. regiam Monac. translatorum.

Cod. CCCXLVIII.

Membranaceus, in assere, corio badio tectus, in fol. M. titulis, initialibus et marginalibus miniatis, bipartito scriptus, literis minutis et nitidis, abbreviationibus antiquis, Saec. X. in foliis 132, cum argumentis marginalibus, usu tritus, caeterum probe conservatus et inscriptus.

Τά δε ένεςιν έν τῇ δε τῇ βίβλῳ. Ἡ ἑρμηνεία τῶν πράξεων ἀπὸ φωνῆς τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰω. τοῦ χρυσοςόμου διὰ λόγων νε. ἐν οἷς καὶ τὰ ἠθικά. πάντες οὖν οἱ λόγοι ἔχουσι καὶ τὰ ἠθικὰ αὐτῶν, καὶ συναξαρισμὸν εἰς μίαν ἑκαςην ἡμέραν αὐτῶν, ἐν ᾗ ἀναγινώσκονται.

Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι εἰς ἕκαςον ῥητὸν τὸ παρὰ τοῦ χρυσοςόμου ἑρμηνευόμενον ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς τούτου ἑρμηνίας κεφάλαιον κεῖται, καὶ τοῦ ῥητοῦ τοῦ ἑρμηνευομένου ὄπισθεν κεῖται σημεῖον, ὡς δασεῖα. Ὅσα δὲ ῥητὰ ἔξωθεν ἀφ' ἑτέρων πραγματείων, ἢ εὐαγγελικὰ, ἢ ἀποςολικὰ, ἢ προφητικὰ, ὡς μαρτυρίαι παρήχθησαν παρὰ τοῦ χρυσοςόμου.

Haec insunt huic libro. Interpretatio actuum Apostolorum a voce S. patris nostri Io. Chrysost. per homilias LV, in quibus etiam moralia. Omnes igitur homiliae continent etiam sua moralia et synaxaria in singulos dies, in quibus leguntur.

Oportet autem scire, in quodvis dictum a Chrysostomo expositum initio interpretationis caput haberi et a tergo dicti sequi signum tanquam vocalis aspiratae. Quaecunque vero externa, seu ab aliis tractatibus sive evangelica, sive apostolica, sive prophetica sunt, tanquam testimonia allata sunt a Chrysostomo.

Τούτων ὄπισθεν ἀπόστροφοι ἐτέθησαν εἰς δήλωσιν, τοῦ εἶναι γνώριμα τά τε ῥητὰ τῆς ἀνὰ χεῖρας πραγματείας, καὶ τὰ ἄλλοθεν παραχθέντα.	Illorum a tergo apostrophi positi sunt, ut scilicet dicta praesentis commentationis et illa ex aliis adducta innotescant.

Sequitur

Συναξάριον σὺν θεῷ τῶν πράξεων. Ἑβδομὰς πρώτη μετὰ τὸ πάσχα.

Διὰ τῶν κεφαλαίων τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων περὶ τῆς ἐξ ἀναστάσεως διδασκαλίας χυ. κ. τ. λ.

Διὰ τῶν ἠθικῶν τῶν πράξεων. περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἀναβάλλεσθαι τὸ βάπτισμα.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ πάσχα. τὸν μὲν πρῶτον λόγον. τὸ αὐτὸ καὶ εἰς τὴν ἀνάληψιν.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰω. τοῦ χρυσοστόμου ὑπόμνημα εἰς τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων.

Α. πολλοῖς τουτὶ τὸ βιβλίον.	Τ. πάντα ῥᾶστα. πάντα εὔκολα.

Πράξεις ἐπιγράφεται τὸ βιβλίον, ὡσεὶ ἔλεγε, κόποι καὶ πόνοι τῶν ἀποστόλων, δι᾽ ὧν τὴν οἰκουμένην προσήγαγε. Εἰ γὰρ καὶ τῶν κορυφαίων ἐμφέρονται μόνον, ἀλλὰ τῶν πάντων ὀνομάζειν εἰκός. κοινὰ γὰρ πᾶσι διὰ τὴν ὁμοψυχίαν αὐτῶν.

†. Moralia praemittuntur quidem initio, at in marginibus non semper apparent. Primum est: περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἀναβάλλεσθαι τὸ βάπτισμα.

Praeter capita et moralia etiam observo in marginibus notata scholia.

Sic in homil. I. post haec verba: ὧν ἤρξατο Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. in edit. Venet. gr. lat. fol. p. 3. in fine, hoc scholium sequitur.

Δύο βίβλους ὁ μακάριος ἀνατάξας λουκᾶς, πρώτην μὲν τὴν εὐαγγελικὴν, τὴν δὲ παροῦσαν δευτέραν ἐν προοιμίοις ἀμφοτέρων, θεωφίλω προσφωνεῖ, μονονουχὶ. βοῶν παντὶ θεοφίλεῖ γεγράφθαι αὐτάς. καὶ ἐκ προοιμίων αὐτῶν πάντα τὸν φιλόχριςον λάον προσκαλούμενος εἰς ἀκρόασιν τῶν γραφομένων. Διὸ κράτιςον αὐτὸν ὀνομάζει, δεικνὺς αὐτῷ τῆς πίςεως τὸ βέβαιον, καὶ τῆς πρὸς θεὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον καὶ προσηνές. — τίνος ἕνεκεν κ. τ. λ.

Quod scholium in editione citata non occurrit. Et eiusmodi scholia in omnibus observo homiliis.

Initia homiliarum ab editis diversa sunt haec:

Homil. IV. *ὅτε τὸ δρέπανον ἐπιβάλλειν ἔδει.*

Homil. V. finis et homil. VI. initium deest.

Homil. XII. *Μέλλων διηγεῖσθαι.*

Homil. XXV. *ὅρα, οὐκ εἶπε, φύγοντες.*

Homil. XXXIV. *Καὶ τοῦτο ἠγνόει εἰκότως.*

Finis ultimae est aliquantum mutilus. Illud verò, quod initio in titulo dictum est, post quodvis dictum initio homiliae caput haberi, in omnibus, excepto primo, falsum est. Nullum enim amplius caput sequitur.

Sunt verò homil. LV. in quarum singulis discrepantem identidem nostri Codicis lectionem licuit animadvertere.

Isti commentarii Io. Chrysostomi in actus Apostolorum in pluribus bibliothecis, ut in Laurent. Medic. apud Bandin. tom. 1. p. 593. apud Morellium in bibl. S. Marci p. 75. In nostro Cod. 147. et alibi continentur.

Inscriptionem verò positam initio nullibi inveni, et quae in inscriptione indicantur haberi.

Reiserus p. 1. n. 7. nimis brevis est, dicendo tantum optimae notae codicem.

Cod. CCCXLIX.

Membranaceus, in assere, corio badio tectus et aere munitus, in folio, duplici columna, titulis et initialibus miniatis, primo titulo literis capitalibus exarato, charactere ligato et eleganti, in foliis 312, Saec. XI. optime conservatus et inscriptus.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου κωνςαντίνου πόλεως τοῦ χρυσοςόμου ὁμιλία πρώτη λεχθεῖσα ἐν ἀντιοχείᾳ, ὄντος αὐτοῦ πρεσβυτέρου εἰς τὸ ἀποςολικὸν ῥητόν· οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν ςόμαχον σοῦ, καὶ εἰς πυκνάς σου ἀσθενείας.

Sancti patris nostri Ioannis Chrysostomi homilia prima habita Antiochiae, cum adhuc esset Presbyter, in dictum Apostolicum: Vino modico utere propter stomachum tuum et frequentes infirmitates tuas.

A. Ακούσατε τῆς ἀποςολικῆς σάλπιγγος.

T. καταλλάξομεν, καὶ τῶν μελλόντων κ. τ. λ.

†. Eodem ordine sequuntur in edit. Veneta excepta vigesima in Episcopi Flaviani reditum, quae in editione XXI. est. Vocantur statuae et sunt numero XXI. Hic verò tantum sunt XX.

Post quas in Msc. sequuntur catecheses duae.

1. τῶν πρώην εἰρημένων.

2. περὶ μνησικακίας, ἤτοι ὀργῆς, καὶ περὶ τοῦ πάσῃ σπουδῇ φεύγειν τοὺς ὅρκους.

Πρὸς τὸ τέλος κ. τ. λ. ultima demum signata est XXIII. εἰς τὴν παραβολὴν τοῦ τὰ μυρία τάλαντα ὀφείλοντος, καὶ τὰ ἑκατὸν δηνάρια ἀπαιτοῦντος, καὶ ὅτι

παντὸς ἁμαρτήματος τὸ μνησικακεῖν χεῖρον. ὡς ἐκ μακρᾶς.

Eaedem orationes continentur adhuc in Cod. 190. Reiserus p. 2. n. 13. videtur etiam tres ultimas dicere ἀνδριάντας. Quod non est.

Cod. CCCL.

Chartaceus, in assere, corio albo tectus et aere clausus, in folio M. titulis quibusdam et initialibus miniatis, literis minutis et nitidis, in foliis 74, cum correctionibus marginalibus alterius manus et eiusdem, ut videtur, saeculi, optime conservatus et inscriptus.

Ἀρεταίου καππαδόκου ἰατρῶν ἀρίστου. — Aretaei Cappadocis medicorum optimi.

A. Ἀμβλύτητες, ἴλιγγοι, τενόντων βάρεα.

T. ἡ δὲ τῆς ἡλικίης εὐτηχίη ἐν τῷ δε τῷ πάθη.

†. Aretaei Medici et philosophi pneumatici Paulo Aegin. et Aetio antiquioris titulus verus est. Ἀρεταίου καππαδόκου ὀξέων παθῶν ἄιτια καὶ σημεῖα, ut ad librum secundum habetur. Alias est:

Ἀρεταίου καππαδόκου περὶ αἰτίων, καὶ σημείων, καὶ θεραπείας ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν.

Aretaei Cappadocis de acutorum et diuturnorum morborum causis et signis et curatione lib. VII.

Incipit hîc a cap. V. lib. I. ut editio latina Veneta 1552. 4. Paulo Crasso interprete. Reiserus p. 63. n. 70. a principio mutilum dicit etiam. At fallitur dicendo, capita quaedam.

Φύλ. ιε.	Fol. 15.
Ἀρεταίου καππαδόκου χρονίων σημειωτικόν.	Aretaei Cappadocis morborum diuturnorum signa.
A. χρονίων νούσων.	T. οὐκ ἄπιςον ἐς τέρατος ἰδέην.

†. Sunt lib. II., quorum primus Cap. XVI., et secundus Cap. XIII. continet, ut in edit. cit. libri IV. prodiere Lugd. 1735. f.

Φύλ. μβ.	Fol. 42.
Ἀρεταίου καππαδόκου ὀξέων θεραπευτικῶν α.	Aretaei Cappadocis acutorum morborum curat. lib. I.
A. ὀξέων νούσων ἄκεα.	T. ἢ ἅπασι χρέεσθαι.

†. Sunt etiam lib. II. et cuiuslibet libri tot capita, quot in editione. Idem ordo tamen non est.

Φύλ. ξζ.	Fol. 67.
Ἀρεταίου καππαδόκου χρονίων θεραπευτικῶν α.	Aretaei Cappadocis diuturnorum curat. lib. I.
A. ἐν τῇσι χρονίαισι.	T. λίπαι σχέδον τά.

†. Desinit in Cap. V. libri primi, nec eo integro cit. editionis, ubi post ultima verba dicitur in margine multa deficere. G. Henischius Medicus Augustanus, Codicibus Veneto, Bavarico et hoc Augustano usus, Aretaeum de integro recensuit et edidit Aug. Vind. 1603. f.

Wigani autem editio dicitur omnium, quae hactenus prodiere, splendidissima, accuratissima, plenissima, cuius titulus est:

Aretaei Cappadocis de causis et signis acutorum et diuturnorum morborum lib. IV. De curatione acutorum et diuturnorum morborum lib. IV. Cum

Cum MSS. duobus Harleyano et Vaticano contulit, novamque versionem dedit Io. Wigan A.M. Aedis Christi alumnus. Accedit praefatio, dissertationes in Aretaeum, variae lectiones, notae et emendationes, tractatus de Ionica Aretaei dialecto, quodque difficiliores huius auctoris voces exponit, lexicon. Oxoniae e typog. Clarendon. 1723. f. M. Cuius verò trecenta tantum exemplaria fuisse impressa docet. H. Boerhaave in praef. in Aretaeum. v. Fabricii Harles. edit. bibl. gr. Vol. 4. p. 711. Exemplar in regia nostra bibliotheca etiam asservatur.

Cod. CCCLI.

Chartaceus, charta solida, in assere, corio albo tectus et aere clausus, in folio, titulis, initialibus et marginalibus miniatis, scriptura minuta et nitida, in foliis 150. Saec. XV. quondam a Xisto Betuleio adhibitus, cum ipsius etiam notis marginalibus, optime conservatus et inscriptus.

Οἱ τῆς σιβύλλης χρησμοί. Σιβύλλης βιβλίον α. περὶ τοῦ ἀνάρχου θεοῦ.	Sibyllae oracula. Sibyllae lib. I. de Deo principii experte.
A. *εἷς θεὸς μόνος, ὃς ἄρχῃ.*	T. *ἐπὶ θρησκείην κατέχοντες.*

Δόξα τῷ ἁγίῳ θεῷ, τῷ δόντι τέλος τῷ σιβυλλιακῶν χρησμῶν.

†. Praemissi sunt versus VII., quorum initium supra positum. Tum sequitur.

Tit. 1. Ἐκ *τοῦ πρώτου λόγου. Ἀρχομένη πρώτης.*

T. *βασιλεῦ μεγάλης βασιλείας.*

Tit. 2. *Πάλιν ἐν τῷ τρίτῳ αὐτῆς τόμῳ τάδε φησίν. ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου περὶ θεοῦ. ὑψιβρεμέτα μάκαρ οὐράνιε, ὃς ἔχεις τὸ χερουβίμ.*

T. *μέροπες κακότητα φέρουσιν.*

Tit. 3. Μετὰ τάδε προβαίνουσα τοῖς λόγοις περὶ τοῦ ἀπατεῶνος δαίμονος τοῦ ἀντιχρήστου Φησὶν ὧδε πη. Ἐκ δὲ σεβαστηνῶν ἥξει βελίας.

T. τάδ' ἀληθινὰ πάντα λελέχθω.

Tit. 4. Λόγος τέταρτος. περὶ θεοῦ, καὶ διαφόρων χωρῶν, καὶ νήσων. Κλαῖε λεὼς ἀσίης.

T. ος ἐς χρόνον ἔσσεται ἀνήρ.

Tit. 5. Λόγος πέμπτος. Λείπει στίχος. Ἀλλ' ἄγε μοι στονόεντα χρόνον.

T. ἔμεινε δ' ἀνάστερος αἰθήρ.

Tit. 6. Λόγος ἕκτος. Ἑτέρας εἶναι ταῦτα δοκεῖ. Videntur esse alterius. Ἀθανάτου μέγαν υἱόν.

T. θεοῦ ἔμπυρον ὄμμα.

Tit. 7. Ἐκ τοῦ ἑβδόμου λόγου. Ἔσσῃ δὲ πρώτη πόλεων.

T. ἐς οὐρανὸν ὄμματα πήξας.

Tit. 8. Λόγος ὄγδοος. Ἐρχομένης μεγάλης ὀργῆς.

T. ἐπὶ θρησκείην κατέχοντες.

In folio praecedente haec notata sunt.

Τοῦ χήστου τοῦ βιρκίου ἐς τὰς σιβύλλας.

Διὰ θεοῦ βουλὴ μεγάλου, νοερή τε σιβύλλη ἐξ ἱερῆς κραδίης πνεῦμα τὸ ἀέναορ.

Ἐν γαρ πνεῦμα θεοῦ χρησμοῖς στήθεσσι σιβύλλων καὶ τὸ προφητείας, ἧς λόγος οὐρανόθεν.

Ὥσπερ κ' ἑβραιόις ἀνόμοις προλέγουσι προφῆται, ἔθνεσιν, ὡς προλέγει δόγμα σιβύλλα θεοῦ.

Xystus Betuleius candido lectori S. Hoc Codice, candide lector, usi fuimus, cum Sibyllina oracula in lucem ederemus. (graece Bas. 1545. 8.) Dedissemus profecto initio ea castiora, si emenda-

tius exemplum fuisset. Antimacho multum debemus, cuius opera editio altera propediem in lucem prodibit (gr. lat. Bas. 1555. 8.). Adiecimus interim atque castigavimus plura ex Theophilo (Antiocheno) et Lactantio. Antimachi emendatiore lectione Castallio noster in transscribendo usus est. Ex cuius Codice hunc ab indocto quodam librario descriptum arbitror. Vale ex nostro phrontisterio pridie Cal. Iun. 1550.

Oracula haec a Christianis ex V. et N. T. confecta confictaque videntur, licet antiquissima, quibus S. Patres quoque usi sunt. Apud Reiserum occurrit p. 22. n. 6.

Φύλ. μθ.	Fol. 49.
Τοῦ μακαρίου θεοδωρήτου εἰς τὰ ἄπορα τῆς θείας γραφῆς κατ᾽ ἐκλογήν. ἐρώτησις.	Beati Theodoreti in S. Scripturae dubia per delectum. Quaestio.
Τί δή ποτε τῆς τῶν ἀγγέλων.	T. ἐν τοῖς ἅιμασιν καὶ τὰ ἑξῆς.

†. Sunt Cap. CX. in genesin. Cap. LXXII. in exodum. Cap. XXXVIII. in leviticum. Cap. LII. in numeros. Cap. XLVI. in deuteronomium. Cap. XXI. in Iosue. Cap. XX. in iudices.

Ultima quaestio est.

Τί δή ποτε συνεχώρησεν ὁ δεσπότης θεὸς τὸν Ἰεφθάε σφαγῆναι τὴν θυγατέρα.

Quae in editione prima quaestio est, hic deest. Post quaest. VI. editionis haec in Msc. sequitur:

Ποίου τοίνυν φωτὸς ἄμοιρος αἰφνιδίως ὁ ἐν τῷ κόσμῳ τόπος εὑρέθη, ὥστε τὸ σκότος ἐπάνω εἶναι τοῦ ὕδατος λογιζόμεθα.

Haec verò in editione deest.

Post quaest. XCII. sequitur quaestio:

Τί ἐςιν. ουτος ἐςιν ὁ ἄεναος ἕυρεν τον ιαμὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅτε ἔνεμεν τὰ ὑποζύγια σεβεγὼν τοῦ πατρὸς ἀυτοῦ. —

Ὁ σύρος λέγει, πληγὴν ἀυτὸν ἑυρηκέναι.

ἡ γάρ πληγὴ ἀινᾶ καλεῖται τῇ σύρων Φωνῇ.

In fine genesis legitur:

Τέλος τῆς γενέσεως τῶν ἀπόρων ζητημάτων κεΦ. ρα. Erravit autem librarius, desinit enim in Cap. 110.

In fine exodi legitur:

Τέλος τῶν οβ. κεΦαλαίων τῆς ἐξόδου.

Nec pauciora, nec plura in editione sunt. Quaestio XVIII. in levitico sic effertur:

Πῶς ἐν τοῖς ἱματίοις λέπρα ἐγένετο.

Et sunt in edit. non minus, quam in Msc. Cap. XXXVIII.

Quaestiones in iudices sunt tantum XX. sc. interpretis Ioan. Pici. Reliqua Gentiani Herveti etc. sunt.

Conţuli omnia ad edit. Paris. 1642. f. tom. 1. quae in quaest. ad paralipomena desinit. vide Cod. 82. 209.

Cod. CCCLII.

Membranaceus, membrana veteri, in assere corio albo tectus et aere clausus, in folio, titulis et initialibus miniatis et auratis, literis minutis et nitidissimis, bipartitò exaratus, atramento flavescente, in foliis 270. Saec. XI. optime conservatus et inscriptus.

Λόγος πρῶτος τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰω. Ἀρχιεπ. Κωνςαντ. τοῦ χρυσοςόμου	Homilia prima sancti patris nostri Ioan. Chrysostomi, Archiep. Con-

εἰς τὴν ἀποςολικὴν ῥῆσιν τὴν λέγουσαν· Ὄιδαμεν, ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν κ. τ. λ. stant. in dictum apostolicum: Scimus, diligentibus Deum etc.

Α. ὡς διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου. T. δυνηθῶμεν, καὶ τῶν αἰωνίων.

Φύλ. η. Fol. 8.

Λόγος β. τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὴν ἀποςολικὴν ῥῆσιν τὴν λέγουσαν· ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα. Homilia II. eiusdem in dictum apostolicum: habentes eundem spiritum.

Α. Ὁι σοφώτατοι τῶν ἰατρῶν. T. ἐπιδείξασθαι καρπὸν κ. τ. λ.

Φύλ. ιζ. Fol. 17.

Λόγος γ. εἰς τὸ αὐτό. Homil. III. in idem.

Α. Ἀποςολικῆς ἡμῖν ἐξηγήσεως. T. ἐπιτύχωμεν ζωῆς κ. τ. λ.

Φύλ. κε. Fol. 25.

Λόγος δ. τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία πάλιν εἰς τὴν αὐτὴν ῥῆσιν. Eiusdem homilia IV. in idem dictum.

Φύλ. λε. Fol. 35.

Λόγος ε. τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία περὶ προσευχῆς. Eiusdem homilia V. de oratione.

Α. Ἀμφοτέρων ἕνεκα προσήκει. T. ἀπεργάσηται τῆς τῶν κ. τ. λ.

Φύλ. μ. Fol. 40.

Λόγος ϛ. τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία περὶ προσευχῆς. Eiusdem homilia VI. de oratione.

Α. Ὅτι μὲν παντὸς ἀγαθοῦ. T. ζήσαντες τύχωμεν κ. τ. λ.

Φύλ. με.

Λόγος ζ. τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία περὶ τοῦ μὴ δημοσιεύειν τὰ ἁμαρτήματα τῶν ἀδελφῶν.

A. Μακαρίζω τῆς σπουδῆς ὑμᾶς.

Fol. 45.

Eiusdem homilia VII. de non publicandis fratrum peccatis.

T. ἡμῖν ἀποδιδοὺς. ᾗ κ. τ. λ.

Φύλ. νδ.

Λόγος η. τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν· διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος την ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω.

A. Πρὸς τὰς τοῦ μέλιτος πηγὰς.

Fol. 54.

Eiusdem homilia VIII. in dictum apostolicum: Propter verò fornicationes quilibet uxorem suam habeat.

T. ἐπιτύχωμεν. χάριτι κ. τ. λ.

Φύλ. ξγ.

Λόγος θ. τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὸ, γυνὴ δέδεται νόμῳ, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς.

A. Περὶ γάμου πρώην.

Fol. 63.

Eiusdem homilia IX. in id, mulier alligata est legi, quam diu vivit eius vir.

T. ἴλεων, τῆς βασιλείας κ. τ. λ.

Φύλ. οα.

Λόγος ι. τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς νεωτέραν χηρεύσασαν.

A. Ὅτι μὲν χαλεπὴν ἔλαβε.

Fol. 71.

Eiusdem homilia X. in iuniorem viduam.

T. Πολλῷ καὶ βελτίων.

Φύλ. πα.

Λόγος ια. τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὴν αὐτὴν περὶ μονανδρίας.

A. τὸ μὲν τὰς ἀπείρους.

Fol. 81.

Eiusdem homilia XI. ad eandem de coniugio solitario.

T. καὶ προσήνησις σὺν τῷ κ. τ. λ.

Φύλ. ϟ.	Fol. 90.
Λόγος ιβ. τοῦ αὐτοῦ πρώην ὁμιλήσας εἰς τὸν Φαρισαῖον.	Eiusdem homilia XII. Nuper dicens in Pharisaeum.
A. Τοῦ Φαρισαίου, καὶ τοῦ.	T. ἐλπίδων. ὧν γένοιτο κ. τ. λ.
Φύλ. ρ.	Fol. 100.
Λόγος ιγ. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ἀποςολικὸν ῥητὸν τὸ λέγον· Δεῖ δὲ καὶ αἱρέσεις εἶναι ἐν ὑμῖν, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται.	Eiusdem homilia XIII. in dictum apostolicum: Oportet verò et haereses esse in vobis, ut probi fiant manifesti.
A. ἱκανῶς πρώην ἡμῖν.	T. χαρᾶς. χάριτι κ. τ. λ.
Φύλ. ρζ.	Fol. 107.
Λόγος ιδ. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ἐπίλυσιν. τῆς χαναναίας.	Eiusdem homilia XIV. in dimissionem Chananaeae.
A. Πολὺς ὁ χειμών.	A. εὐχαριςήσωμεν τῷ θεῷ κ. τ. λ.
Φύλ. ριζ.	Fol. 117.
Λόγος ιε. τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὴν εἰρήνην.	Eiusdem homilia XV. de pace.
A Πολλὰ μέν ἐςι τά.	A. ἀνθρώπινον νοῦν. ἐν χῷ.
Φύλ. ρκϛ.	Fol. 126.
Λόγος ιϛ. τοῦ αὐτοῦ περὶ τελείας ἀγάπης.	Eiusdem homilia XVI. de perfecta charitate.
A. Πᾶσα πρᾶξις ἀγαθή.	T. ἀγαθῶν. χάριτι κ. τ. λ.

Φύλ. ρλζ.	Fol. 137.
Λόγος ιζ. τοῦ ἀυτοῦ ὁμιλία περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναςάσεως.	Eiusdem homilia XVII. de resurrectione a mortuis.
Α. Περὶ δογμάτων ἡμῖν.	T. ἀνθρώπινον, ὧν γένοιτο κ. τ. λ.
Φύλ. ρνα.	Fol. 151.
Λόγος ιη. τοῦ ἀυτοῦ περὶ ἐλεημοσύνης κ. τ. λ.	Eiusdem homilia XVIII. de eleemosyna.
Α. Πρεσβείαν τινὰ δικαίαν.	T. Τύχωμεν. ἧς γένοιτο κ. τ. λ.
Φύλ. ρξγ.	Fol. 163.
Λόγος ιθ. τοῦ ἀυτοῦ σύγκρισις βασιλικῆς δυναςείας, καὶ πλούτου, καὶ ὑπεροχῆς.	Eiusdem homilia XIX. Comparatio regiae potentiae, et divitiarum, et eminentiae.
Α. Ὁρῶν ἐγὼ τοὺς πολλούς.	T. καὶ πρόνοιαν, ᾧ κ. τ. λ.
Φύλ. ρξη.	Fol. 168.
Λόγος κ. τοῦ ἀυτοῦ ἐις τὴν γενέθλιον ἡμέραν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ιυ. χυ.	Eiusdem homilia XX. in diem natalem Salvatoris nostri Iesu Christi.
Α. Ἃ πάλαι πατριάρχαι.	T. ἀγαθῶν. χάριτι κ. τ. λ.
Φύλ. ροη.	Fol. 178.
Λόγος κα. τοῦ ἀυτοῦ ὁμιλία ἐις τὸν προφήτην ἰωνᾶν.	Eiusdem homilia XXI. in prophetam Ionam.
Α. Φαιδρὰ σήμερον ἡμῖν.	T. τῶν ὀυρανῶν. χάριτι κ. τ. λ.

Φύλ.

Φύλ. ρπϛ.	Fol. 186.
Λόγος κβ. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν Ἀδὰμ.	Eiusdem homilia XXII. in Adamum.
A. Φιλῶ μὲν τὴν νηστείαν.	T. ἐπιτύχωμεν. χάριτι κ. τ. λ.
Φύλ. ρπθ.	Fol. 189.
Λόγος κγ. τοῦ αὐτοῦ εἰς τό· διὰ τί τὸ ξύλον γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ εἴρηται;	Eiusd. homilia XXIII. cur lignum scientiae boni et mali dictum?
A. Πολλὰ παρεκάλεσα χθὲς.	T. ἀναπέμψωμεν τῷ θεῷ κ. τ. λ.
Φύλ. ρϟζ.	Fol. 197.
Λόγος κδ. τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὸ ἀποστολικὸν ῥητόν· Ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ.	Eiusd. homilia XXIV. in dictum apostolicum: Utinam sustineretis modicum insipientiae meae.
A. Ἅπαντας μὲν φιλῶ.	T. τῆς ἄνω κλήσεως. χάριτι κ. τ. λ.
Φύλ. σε.	Fol. 205.
Λόγος κε. τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία, ὅτι τὸ μὴ λέγειν, ἅπερ ἴσμεν.	Eiusd. homilia XXV. de non dicendo, quae scimus.
A. ἱκανῶς ἐν ταῖς ἔμπροσθεν.	T. ἐπιτυχεῖν. χάριτι κ. τ. λ.
Φύλ. σιϛ.	Fol. 216.
Λόγος κϛ. τοῦ αὐτοῦ: ἀρχῇ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐλέχθη ὁμιλία περὶ νηστείας.	Eiusd. homilia XXVI. Principio quadragesimae dicta est homilia de ieiunio.
A. Ἡδὺ μὲν ναύταις τὸ ἔαρ.	T. τῶν ἱερέων. χάριτι κ. τ. λ.

Φύλ. σκβ. Fol. 222.

Λόγος κζ. τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ μὴ ἐπαισχύνεσθαι ὁμολογεῖν τὸν τίμιον ςαυρόν.

A. τοῦτο ἐςὶν ἀδελφοί.

Eiusd. homilia XXVII. Ne pudeat confiteri pretiosam crucem.

T. ἀῤῥήτου. ἧς γένοιτο κ. τ. λ.

Φύλ. σκϛ. Fol. 226.

Λόγος κη. τοῦ αὐτοῦ. τί δήποτε ἐπὶ μὲν ἡλίου καὶ σελήνης.

A. Ἆρα μέμνησθε τῶν.

Eiusd. homilia XXVIII. Cur ad solem et lunam.

T. ἐπιτυχεῖν. ὧν γένοιτο. κ. τ. λ.

Φύλ. σκθ. Fol. 229.

Λόγος κθ. τοῦ αὐτοῦ. τί ἐςιν τὸ καθ' ὁμοίωσιν;

A. ὥσπερ τῶν σπειρόντων.

Eiusd. homilia XXIX. Quid est hoc ad similitudinem.

T. διηνεκῶς εἰς δόξαν κ. τ. λ.

Φύλ. σλβ. Fol. 232.

Λόγος λ. τοῦ αὐτοῦ, ὅτι δουλείας τρόπους τρεῖς εἰσήγαγεν ἡ ἁμαρτία.

A. Ἠκούσατε χθὲς, πῶς μὲν.

Eiusd. homilia XXX. peccatum tres servitutis modos induxisse.

T. σωτηρίας, αὐτῷ γὰρ.

Φύλ. σλη. Fol. 138.

Λόγος λ. τοῦ αὐτοῦ, ὅτι ουδιὰ τὸν ἀδὰμ κολαζόμεθα.

A. ὑμεῖς μὲν ἴσως νομίζετε.

Eiusd. homilia XXXI. nos non propter Adamum puniri.

T. τόπον. χάριτι κ. τ. λ.

φύλ. σμγ. Fol. 243.

Λόγος λβ. τοῦ αὐτοῦ ἐις τὸν ςαυρὸν. — Eiusd. homilia XXXII. de cruce.

Α. ἑορτὴν ἄγομεν σήμερον. — T. ἐπιτύχωμεν. χάριτι κ. τ. λ.

φύλ. σνδ. Fol. 254.

Λόγος λγ. τοῦ αὐτοῦ ἐις τὸ ὄνομα τοῦ κοιμητηρίου. — Eiusd. homilia XXXIII. de nomine coemeterii.

Α. Πολλάκις ἐζήτησα. — T. τύχωμεν. χάριτι κ. τ. λ.

φύλ. σνη. Fol. 258.

Λόγος λδ. τοῦ αὐτοῦ ἐις τὸν τάφον, καὶ ἐις τὴν ἀνάςασιν τοῦ χυ. — Eiusd. homilia XXXIV. de sepultura et resurrectione Christi.

Α. ἔιδετε χθὲς ληςοῦ. — T. ἐπιτυχεῖν. χάριτι κ. τ. λ.

φύλ. σξε. Fol. 265.

Λόγος λε. τοῦ αὐτοῦ ἐις τὴν ἀναςάσιμον καὶ λαμπρὰν ἡμέραν τοῦ ἁγίου πάσχα. — Eiusd. homilia XXXV. de splendido resurrectionis die S. paschatis.

Α. Ἔυκαιρον σήμερον. — T. ἐπιτυχεῖν. χάριτι κ. τ. λ.

†. Quae in fine deerant, recentiore aliquantum manu suppleta sunt in charta. In ora membranae ultimae infima, recentiore multum manu exaratum lego. ὦ δέσποιναι περάγαθε ἐλπίς μου θεοτοκέ ἀνάδοχαι τὸν ὀρφανὸν τὸν ξένον προςασία τὸν θληβόμενον ἤχυρα, καὶ ἀδικούμενον. δρόσος ἤ δέ μου τὴν κατάπτοσιν, ἤδε μου καὶ τὴν θλήψη, ἐπισκαίψαι μαι, ὃς ἀσθενῆν Κηρέρνισε μαι ἐς ξένον τὴν ἀδικίαν μου. Omnes istae homiliae in variis operum tomis editae

sunt, quarum omnium initia in indice operum ipsius alphabetico inveni. Apud **Reiserum** indicantur p. 3. n. 14.

Cod. CCCLIII.

Membranaceus, membrana veteri, in assere, corio albo tectus, laminisque aereis clausus, in folio, duabus columnis, titulis et initialibus miniatis, literis minutis et nitidissimis, Saec. X., in foliis 242. optime conservatus et inscriptus.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκ. κωνςαντ. τοῦ χρυσοςόμου ὑπόθεσις τῆς πρὸς ἐφεσίους ἐπιςολῆς.	Sancti patris nostri Ioannis Chrysostomi, Archiepisc. Constantinop. argumentum in epistolam ad Ephesios.

A. Ἡ ἔφεσος ἐςι μὲν τῆς ἀσίας μητρόπολις.
T. κληρονομίας αὐτοῦ ἐν τῷ χῷ.

Τοῦ αὐτοῦ ἑρμηνεία εἰς τὴν πρὸς ἐφεσίους ἐπιςολήν.	Eiusdem expositio epistolae ad Ephesios.
Παῦλος ἀπόςολος κ. τ. λ.	Paulus Apostolus etc.

A. Ἰδοῦ τὸ διὰ τῷ πατρὶ δέδωκε.
T. ἀπαλλαγῆναι, χάριτι κ. τ. λ.

†. Extant hae homiliae, quorum initia sunt:

1. Ut supra.
2. Πανταχοῦ τὴν ἄφατον.
3. Ὀυδεν ἦν ἴσον τῶν σπλάγχνων.
4. Ἔςι νέκρωσις σωματική.
5. Πολλὰ δείκνυσι τοῦ θεοῦ.
6. Ὀυ δι' ἑτέρου φησὶ ἔπεμψεν.
7. Τοὺς εἰς ἰατρεῖον ἐρχομένους.
8. Διδασκάλων ἐςὶν ἀρετή.
9. Ἀπεδείχθη τῆς ἁλύσεως τοῦ παύλου.
10. Ὅταν ἐπί τι μεῖζον παρακαλῇ.

11. Ἀγάπην ζητεῖ παρ' ἡμῶν ὁ παῦλος.
12. Τὸν διδάσκαλον ου μόνον.
13. Ὀυ πρὸς ἐφεσίους ταῦτα ἐιρηται.
14. Ἐιπὼν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον.
15. ὥσπερ ἐις σκευος ἀκάθαρτον.
16. Ὀυκ ἀρκεῖ κακίας ἀπαλλαγῆναι.
17. Τὰ παρελθόντα τῶν μελλόντων.
18. Ἦσαν, ὡς ἔοικέ, τινες.
19. Ἔτι τὴν τῆς πικρίας ἐκκαθαίρει ῥίζαν.
20. Σοφός τις ἀνὴρ πολλὰ.
21. Καθάπερ ὁ σῶμα πλάττων.
22. ὥϛε ὀυκ ἀνὴρ μόνον.
23. Συντάξας τὸ ϛρατόπεδον τοῦτο.
24. Περιζωσάμενοί φησι τὴν ὀσφρῦν.

Ad margines adscripta sunt moralia, quorum ultimum signatum XXIII. Observavi etiam percurrendo et conferendo varias differentias, quarum quaedam iam ex adductis innotescunt. Extant verò homiliae istae XXIV. tom. XI. Inveni etiam easdem homilias apud Bandin. tom. 1. f. 527. Apud Reiserum p. 2. n. 10.

Φύλ. ρϟη.	Fol. 198.
Λόγος πρῶτος. τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀρχιεπ. κωνϛαντ. τοῦ χρυσοϛόμου ἑρμηνεία ἐις τὴν πρὸς τῖτον ἐπιϛολήν.	Homilia prima. Sancti patris nostri Ioannis Archiep. Constant. Chrysostomi expositio epistolae ad Titum.
Παῦλος δοῦλος θεοῦ.	Paulus servus Dei.
Α. Τῶν Παύλῳ συνόντων.	Τ. ἐπιτύχωμεν. ἐν χῷ κ. τ. λ.

†. Ext. in edit. Montfauc. tom. XXI., quarum initia sunt:

1. Τῶν Παύλῳ συνόντων δόκιμος.
2. Τοῖς μὲν παλαίοις ἀνδράσιν.
3. Πολλὰ ἐνταῦθά ἐςι τὰ ζητούμενα.
4. Ἔςιν ἃ καὶ τὸ γῆρας ἐλαττώματα ἔχει.
5. Πολλὴν παρὰ τῶν οἰκετῶν ἀπαιτήσας.
6. Εἰπὼν περὶ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας.

Cod. CCCLIV.

Membranaceus, membrana veteri et maculata, in assere, corio albo tectus et aereis laminis clausus, in folio, columna duplici, titulis et initialibus miniatis, Saec. XI., in foliis 321. quondam Philothei Monachi, ut in superna folii primi ora legitur, probe conservatus et inscriptus.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰω. Ἀρχιεπ. κωνςαντ. τοῦ χρυσοςόμου, ἔτι περιόντος ἀυτοῦ ἐν ἀντιοχείᾳ, καὶ ἀπόντος τοῦ ἐπισκόπου πρὸς ἀνομοίους περι ἀκαταλήπτου.

A. *τί τοῦτο ὁ ποιμὴν.*

Sancti patris nostri Ioan. Chrysostomi Archiep. Constantinop. cum adhuc Antiochiae esset, absente Episcopo ad Anomoeos de incomprehensibili.

T. *ἐπιτυχεῖν. χάριτι κ. τ. λ.*

†. Sunt homiliae VII. extantes in edit. Montfauc. tom. 1. quarum initia sunt:

1. ut supra.
2. Φέρε δὴ πάλιν πρὸς τούς.
3. Οἱ φιλόπονοι τῶν γεωργῶν.
4. Ἤρκει μὲν δείξαντα πρώην.
5. ἐπειδ' ἂν μέλλῃ τις μακροτέρας.
6. Μίαν ὑμῖν διελέχθη ἡμέραν.
7. Πάλιν ἱπποδρομίαι, καὶ πάλιν. Λόγος ἀκόλουθος.

Φύλ. ξβ. Fol. 62.

Ἀρχὴ τῶν κατὰ Ἰουδαίων λόγων.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰω. Ἀρχιεπ. κωνςαντ. τοῦ χρυσοςόμου ὁμιλία κατὰ Ἰουδαίων. ἐλέχθη δὲ πρὸς τοὺς Ἰουδαΐζοντας καὶ μετ' ἐκείνων νηςεύοντας.

A. Ἐβουλόμην ὑμῖν ἀποδοῦναι.

Initium homiliarum contra Iudaeos.

Sancti patris nostri Ioan. Chrysostomi Archiep. Constant. homilia contra Iudaeos. Habita autem fuit ad iudaïzantes et cum illis ieiunantes.

T. εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυ. κ. τ. λ.

†. Sunt homiliae VI. editae tom. 1. p. 787. Est autem error librarii, cuius ultima signatur ε. Sunt verò initia:

1. Ut supra.
2. Πάλιν οἱ δείλαιοι, καὶ πάντων.
3. Πόθεν ἡμῖν ἄρα πλείων.
4. Τὰ θηρία ἕως μὲν τὰς ὕλας.
5. Ἆρα κόρον ἐλάβετε τῆς.
6. Παρῆλθεν ἡ νηςεία τῶν Ἰουδαίων.

Φύλ. ρμ. Fol. 140.

Ἀρχὴ τῶν περὶ ἱερωσύνης λόγων λόγος πρῶτος. Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰω. τοῦ χρυσοςόμου πρὸς τὸν ἐγκαλοῦντα ἐπὶ τὸ διαφυγεῖν τὴν ἱερωσύνην, ἀπολογητικὸς α.

Initium homiliarum de sacerdotio. Homil. I. Sancti patris nostri Ioan. Chrysostomi in accusantem, quod sacerdotium fugisset, apologetica I.

A. Ἐμοὶ μὲν πολλοὶ ἐγένοντο.

T. κινδυνεύοντας. εἰς τὸν αἰώνιον κ. τ. λ.

†. Sunt homiliae VI., quarum index capitum cuilibet homiliae suae praemittitur, excepto primo,

qui deest. Reliqui indices cum editis conveniunt. Sunt autem harum homiliarum initia:

1. Ut supra.
2. Ὅτι μὲν οὖν ἐστι καὶ ἐπὶ καλῷ.
3. Τῆς μὲν οὖν ὕβρεως ἕνεκεν.
4. Ταῦτα ὁ βασίλειος ἀκούσας.
5. Ὅσης μὲν ἐμπειρείας τῷ διδασκάλῳ.
6. Καὶ τὰ μὲν ἐνταῦθα τοιαῦτα.

Quae cum editis tom. 1. p. 362. conveniunt. Inscriptio est ad Basilium, quem alii Caesareensem, Seleuciensem alii putant, Montfaucon autem episcopum Raphaneae, qui synodi Constantinop. A. 381. interfuit. Omnes laudant has homilias et reliquis Chrysostomi scriptis praeferunt. D. Hoeschelii editio ex bibl. Palatina et Augustana praestans et rarior dicitur Aug. Vind. 1599. 8.

Φύλ. ση.	Fol. 208.
Περὶ τοῦ πλουσίου καὶ τοῦ Λαζάρου.	De divite et Lazaro.
Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰω. Ἀρχιεπ. κωνσταντινοπ. τοῦ χρυσοστόμου. Μετὰ τὰς καλάνδας. τῇ ἑξῆς. κατὰ μεθυόντων, καὶ περὶ εἰς καπηλεῖα εἰσιόντων.	Sancti patris nostri Ioan. Chrysostomi Archiep. Constantinop. postridie calendas. Contra ebrios et de iis, qui cauponas adeunt.
Α. τὴν χθὲς ἡμέραν ἑορτήν.	Τ. τῆς παῤῥησίας. ἧς κ. τ. λ.

†. Sunt homiliae IV. quarum initia sunt:

1. Ut supra.
2. Ἐθαύμασα τὴν ἀγάπην ὑμῶν.
3. Ὀυ τὰ τυχόντα ἡμᾶς.
4. Τῆς τοῦ λαζάρου παραβολῆς.

Sunt

Sunt verò omnes editae in Montfauc. edit. tom. I. p. 707.

Φύλ. σνθ. Fol. 259.

Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὸ ῥητὸν ἀποστόλου.

Eiusdem homilia in dictum apostoli:

Περὶ δὲ τῶν κεκοιμημένων οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ἵνα μὴ λυπεῖσθε, ὡς καὶ οἱ λοιποί.

De mortuis verò nolo vos ignorare fratres, ne tristemini, sicut et reliqui.

A. Ἡμέρας τέσσαρας ἀνηλώσαμεν.

T. διενεγκεῖν καὶ τῆς.

†. In cit. edit. posita est post 4or. priores, et insignita V., ut in multis vetustis codicibus fit ob eandem argumenti rationem.

Φύλ. σξη. Fol. 268.

Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὸ, χήρα καταλεγέσθω μὴ ἐλάττων ἐτῶν ἑξήκοντα καὶ περὶ παίδων ἀνατροφῆς, καὶ περὶ ἐλεημοσύνης.

Eiusdem homilia in id, vidua eligatur non minor annorum sexaginta. Et de liberorum educatione et de eleemosyna.

A. Εἰς καιρὸν ἡ τοῦ πνεύματος ᾠκονόμησεν.

T. ἀπολαύσωμεν. ἧς γένοιτο κ. τ. λ.

†. Est tom. III. p. 311. cit. edit.

Φύλ. σπγ. Fol. 283.

Λόγοι τῶν εἰς τὰ σεραφίμ. τοῦ αὐτοῦ ἔπαινος τῶν ἀπαντησάντων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. καὶ περὶ εὐταξίας τῆς ἐν ταῖς δοξολογίαις. καὶ εἰς τὸ· Εἰ-

Homiliae in Seraphim. Eiusdem laus ad ecclesiam ventitantium. Et de ordine in doxologiis. Et in id: Vidi Dominum

δον τὸν κν. καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου.

sedentem in throno excelso et elato.

A. Πολλὴν ὁρῶ τὴν σπουδήν.

T. ἐπιτυχεῖν. χάριτι κ. τ. λ.

†. Est tom. VI. p. 93. cit. edit.

φύλ. σϟβ. Fol. 292.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ προφήτου ἠσαΐου τὸ λέγον· ἐγένετο τοῦ ἐνιαυτοῦ, οὗ ἀπέθανεν ὀζίας ὁ βασιλεύς, εἶδον τὸν κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου.

Eiusdem in dictum prophetae Isaiae dicentis: In anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum et sedentem super throno excelso et elato.

A. χαίρω συντρέχοντας.

T. ἐπιτυχεῖν. χάριτι κ. τ. λ.

†. Tom. VI. p. 306. cit. edit.

φύλ. τβ. Fol. 302.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ προφήτου ἠσαΐου τὸ λέγον· ἐγένετο τοῦ ἐνιαυτοῦ, οὗ ἀπέθανεν ὀζίας ὁ βασιλεύς, εἶδον τὸν κύριον. καὶ ἔπαινος τῆς πόλεως ἀντιοχείας, καὶ κατὰ τῶν κωλυόντων τὸν γάμον. ἔνθεος ἀπόδειξις.

Eiusdem in dictum Isaiae dicentis: In anno, quo mortuus est Ozias rex, vidi Dominum. Et laus Antiochiae, et contra eos, qui matrimonium prohibent. Divina demonstratio.

A. λαμπρὸν ἡμῖν τήμερον.

T. ἀναπέμψωμεν τῷ πατρί.

†. Tom. p. 120. cit. edit.

φύλ. τι. Fol. 310.

Τοῦ ἀυτοῦ ἐις τὸ ἀυτὸ ῥητὸν τοῦ προφήτου ἠσαΐου· ἶιδον τὸν κύριον, καὶ ἡ ἀπόδειξις ὅτι δικαίως ἐλεπρώθη ὀζίας, ἀναξίως θυμιάσας, ὅπερ ὀυκ ἔξεςιν βασιλεῦσιν, ἀλλ' ἱερεῦσιν.

Eiusdem in idem dictum prophetae Isaïae: Vidi Dominum, et demonstratio, iuste Oziam leprosum esse factum, cum indigne sacrificaret, id quod non licet regibus, sed sacerdotibus.

A. Φέρε τήμερον τοῖς. T. Φανῆναι, χάριτι κ. τ. λ.

†. Tom. VI. p. 131. cit. edit.

φύλ. τιε. Fol. 315.

Τοῦ ἀυτοῦ ὁμιλία ἐις τὰ σεραφὶμ.

Eiusdem homilia in Seraphim.

A. Μόλις πότε τὸ κατὰ. T. τοῦ βήματος τοῦ χ̄ῡ. κ. τ. λ.

†. In fine notatum: Ἰω βιργήδης. Item alia manu. Georgii Margo. Extat. tom. V. p. 137. cit. edit. In primi autem folii ora superiore legitur: φιλοθέου μοναχοῦ ἡ βίβλος ἄυτη. Sequitur tum index homiliarum cum earum initiis, quarum ultima est XXXI. Reiserus p. 5. n. 15. has homilias enarrat, ultimam verò omisit.

Cod. CCCLV.

Chartaceus, in assere, corio albo tectus et laminis aereis clausus, in folio M., initialibus miniatis, in paginis 148, literis minutis et nitidis, sine abbreviationibus, cum lacunulis frequentibus, Saec. XV., maculatus, caeterum probe conservatus et inscriptus, quantum ex titulo fere toto evanescente erui potuit.

Σύνταγμα σὺν θεῷ.. Φυ.. (fors πεφυλαγμένων τῶν) κατὰ κύρ. Ἀλέξιον κομνηνὸν, πονηθὲν παρὰ τῆς θυγατρὸς ἀυτοῦ κυρίας Ἄννης τῆς πορφυρογεννήτου τῆς βασιλίσσης, ὃ καὶ ἐκλήθη Ἀλεξίας παρ' ἀυτῆς.

Syntagma cum Deo rerum gestarum ab Alexio Comneno compositum a filia ipsius Anna Porphyrogenita Caesarissa, quod et Alexias vocatum fuit ab ea.

A. Ῥέων ὁ χρόνος ἀκάθεκτα.

T. ἔςη ὄχλος πολύς.

†. Sunt libri VIII. Prologus hic incipit et desinit, καὶ ἱςορικώτερος ὁ λόγος γενήσεται. Tum sine titulo (ex sequentibus deberet esse τόμος πρῶτος Ἀλεξίου τοῦ κομνηνοῦ) sequitur liber I. βασιλεὺς Ἀλέξιος καὶ ἐμὸς πατὴρ κ. τ. λ.

Hos octo libros mutilos ex hoc codice edidit D. Hoeschelius Aug. Vind. 1610. (In quibusdam titulis 1618.) 4. Numerantur alias lib. XV. editi è bibl. Barberina in corpore hist. Byzant. Aliud adhuc exemplar occurrit apud Bandin. tom. 2. p. 656. cum alio autem titulo, sc. Ἀλεξίας ἱςορία υἱοῦ Ἀλεξίου τοῦ ἀυτοκράτορος τῶν ῥωμαίων. Alexias historia filii Alexii Rom. Imp. lib. XIV. In Montfauconii bibl. Coisliniana lectiones variae ad edit. Paris. 1651. habentur.

Anna Comnena Porphyrogenita et Caesarissa erat nata A. C. 1083, quae hoc opus acri iudicio et singulari elegantia conscripsit. Quantum ad facta, cum latinis historicis haud convenit — His enim Alexius fraudulentus et perfidus audit — verisimile est, Latinos suo in Graecos odio, et filiam suo in patrem amori amplius, quàm historicae licuit, indulsisse. Reiserus p. 67. n. 2. dicit diligenter exaratum, sed non absque lacunis.

Cod. CCCLVI.

Membranaceus, in assere, corio fusco tectus, et aere munitus, in folio, titulis et initialibus miniatis, literis minutis et nitidissimis, bipartitò scriptus, quondam monasterii Mangonorum, ubi Ioan. Cantacuzenus Monachus factus est nomine Ioasaph, lectus a Marco Monacho Eugenico, Saec. X., in foliis 229. praeter maculas optime conservatus et inscriptus.

Ἰω. Ἀρχιεπισκ. κωνςαντιν. τοῦ χρυσοςόμου ἑρμηνεία εἰς τὴν πρὸς ἑβραίους ἐπιςολήν, ἐκτεθεῖσα ἀπὸ σημείων μετὰ τὴν κοίμησιν αὐτοῦ παρὰ κωνςαντίνου πρεσβυτέρου ἀντιοχείας.

Ioan. Chrysostomi Archiep. Constantinop. expositio in epistolam ad Hebraeos ex notis edita post illius obitum a Constantino, presbytero Antiocheno.

A. Ῥομαίοις γράφων ὁ.

T. δόξαν ἀναπέμψαντες τῷ κῷ κ. τ. λ.

†. Sunt homiliae XXXIV. quarum initia sunt:

Arg. ut supra.

1. Ὄντως ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία.
2. Πανταχοῦ μὲν εὐλαβοῦς διανοίας.
3. Ὁ μὲν κς ἡμῶν ις χς τὴν παρουσίαν.
4. Ἐβουλόμην γνῶναι σαφῶς.
5. Τὴν πολλὴν φιλανθρωπίαν τοῦ θεοῦ.
6. Διαλεχθεὶς περὶ ἐλπίδος ὁ παῦλος.
7. Μέγα μὲν πίςις καὶ σωτήριον.
8. θέλει δεῖξαι λοιπὸν ὁ μακάριος.
9. Ἠκούσατε, ὅσα ἑβραίοις.
10. Μετὰ φόβου τῶν λογίων ἀκούω.
11. Καθαψάμενος γενναίως τῶν ἑβραίων.
12. Βουλόμενος ὁ παῦλος τὸ διάφορον.
13. Ἐι μὲν οὖν τελείωσις.

14. Ἀναμίγνυσι ταπεινὰ τοῖς ὑψηλοῖς.
15. Ἔδειξεν ἀπὸ τοῦ ἱερέως.
16. Εἰκὸς ἦν πολλοὺς τῶν.
17. Μέγα ἐφρόνουν οἱ ἰουδαῖοι.
18. Ἐν μὲν τοῖς ἔμπροσθεν ἔδειξεν.
19. Ἔχοντες οὖν ἀδελφοί — Δείξας τὸ μέσον κ. τ. λ.
20. Τῶν δένδρων ὥσπερ ἄν.
21. Οἱ τῶν ἰατρῶν ἄριστοι.
22. Τὸ τῆς πίστεως γενναίας.
23. Πίστει φησὶ χρηματισθεὶς νῶε.
24. Ἡ πρώτη, καὶ ἡ πᾶσα ἀρετή.
25. Μέγα ὄντως ἡ πίστις. Edit. Μεγάλη.
26. Πολλοί φησι προφῆται.
27. Πολλὰ μεταξὺ κατασκευάζειν.
28. Ἀεὶ μὲν. μάλιστα δὲ ὅταν.
29. Ἔστη εἴδη παρακλήσεως δύο.
30. Οἱ τα φάρμακα καταπίνοντες. Edit. πίνοντες.
31. Πολλὰ μὲν εἰσι τὰ χαρακτίζοντα. Edit. ἐστι.
32. Ἦν μὲν τὰ κατὰ τὸν ναὸν.
33. Ὅπερ ἀλλαχοῦ φησι.
34. Κακὸν μὲν ἡ ἀναρχία καὶ πολλῶν.

Omnes istae homiliae editae sunt in edit. Montfauc. tom. XII. p. 1. etc. Ne quis autem putet, solum Constantinum colligendis his homiliis operam navasse. Multi alii et felicius quidem tunc temporis collegerunt et in his operam posuere. Ex notis autem tachygraphorum, non ex ipsius commentariis, titulus intelligendus est. Qui enim notis utebantur, σημειογράφοι vocabantur. Inde tanta earum varietas. In ora superiore folii primi legitur:

Ἡ βίβλος αὕτη τῆς μονῆς τῶν μαγκάνων γεωργίου μάρτυρος, οὗ μέγα κλέος.

Hic liber est monasterii Manganorum Georgii Martyris, cuius magna fama.

In ultimo autem folio notatum:

Καὶ τήνδε τὴν βίβλον τοῦ σοφοῦ χρυσοςόμου μάρκος μοναχὸς ἐυγενικὸς ἀνέγνω.

Etiam hunc librum sapientis Chrysostomi Marcus Monachus Eugenicus legit.

Et hoc antiqua manu est exaratum. **Reiserus** p. 2. n. 12. adscribit: **Codex pervetus.**

Cod. CCCLVII.

Membranaceus, in assere, corio fusco tectus, in folio, titulis et initialibus miniatis, binis columnis, charactere nitidissimo, cum indice praemisso, in fine mutilus, Saec. XI. in foliis 390. usu tritus, oris ad finem laceris, caeterum sat conservatus et inscriptus.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν βασιλείου Αρχιεπ. καισαρείας καππαδοκίας ὁμιλία ἐις τὴν ἀρχὴν τοῦ πρώτου ψαλμοῦ.	Sancti patris nostri Basilii Archiep. Caesar. Cappadoc. homilia in initium psalmi primi.
Α. Πᾶσα γραφὴ θεόπνευςος.	Τ. ἠκούσατε. χάριτι κ. τ. λ.
Φύλ. ι.	Fol. 10.
Λόγος β. τοῦ ἀυτοῦ ἐις τὸν ἕβδομον ψαλμόν.	Homilia II. in psalmum VII.
Α. Δοκεῖ πῶς ἐναντίως.	Τ ὕδωρ ἀυτοῖς συνέχειν.
Φύλ. ιθ.	Fol. 19.
Λόγος γ. τοῦ ἀυτοῦ ἐις τὸν ιδ. ψαλμόν.	Homilia III. Eiusdem in psalmum XIV.
Α. Τέλειον ὁ λόγος.	Τ. ἡ βασιλεία τῶν ὀυρανῶν.

Φύλ. κε.

Λόγος δ. τοῦ ἀυτοῦ ἐις μέρος τοῦ ιδ. ψαλμοῦ κατὰ τοκιζόντων.

Α. χθὲς ἐις τὸν ιδ. ψαλμόν.

Fol. 25.

Homilia IV. Eiusdem in partem psalmi XIV. contra foeneratores.

T. ἀποληψόμενος. ἐν χῷ κ. τ. λ.

Φύλ. λβ.

Λόγος ε. τοῦ ἀυτοῦ ἐις τὸν κη. ψαλμόν.

Α. ὁ ἐικοσὸς ὄγδοος ψαλμός.

Fol. 32.

Homilia V. Eiusdem in psalmum XXVIII.

T. ἐν ἐιρήνῃ. ἐν χῷ κ. τ. λ.

